

1457. die 6. Aprilis. ~

Ex Orig. Arch. Regni.

305.

In Pyotrkow 200. ^{250!} Marcæ Petro De
Curoswanki per regem Casimirum
in scripta.

80

Casimirus Dei gratia rex Poloniae, Magnus
dux Lithuaniae, Russiae, Crusiacque Domi-
nus et heres. Significamus tenore presenti-
um quibus expedit universis, presentibus et
futuris. Quomodo attendentes et maturo
animo recensentes fidelia servicia generosi
Petri De Curoswanki familiaris nostri fi-
delis Dilecti, quæ nobis ad eam viam, quam
fecimus in Danzick et deinceps in Mariem-
borg nobiscum ibidem ad usque nostrum feli-
cem in regnum regressum perseverando et
multis periculis et gravibus impensis, se
subiciendo, fideliterque serviendo exhibuit,
et in futuro aucto fidelitatis studio exhi-
bere poterit, horum igitur servitiurum suo-
rum intuitu sibi et ipsius legitimis suc-
cessoribus in et super oppido nostro Pyotr-
kow et villis Lubyen et Meszere ad ipsu
oppidum spectantibus in terra Siradiensis
sitis, Ducentas quinquaginta marcas nu-
meri et monetae polonicae consueti,
quadraginta videlicet et octo grosos in
quacumlibet marcam computando, cum o-
mnibus et singulis censibus, fructibus re-
ditibus et universis obventionibus, ac pra-
tis, agris, pascuis, graminibus, grami-

velis



